



Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

SS. Mavritivs & Soc. MM. 21. Februarii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

preces inferorum ergastula contemplatus est, vidit hunc ipsum Carolum non jam purpurā, sed ignibus ardere, didicisque ob manus sacrī injectas spoliisque pauperum ditatos milites (time aetas nostra) corpore quoque jam pœnas dare. Atque EVCHERIO si fidem non dedit Gallia, certe tumulo potuit dare, qui apertus præter ignium vestigia vacuæque tumbae custodem draconem, nihil ostendit. Itaque, qui exulare virtutem regno jufferat, tumulo etiam exul fuit, cùm interim EVCHERIVS cælo receptus rideat illos, qui patriam in terris querunt, neque vacuum Gallis tumulum ostendat, quando in illo cœci oculos suos, claudi pedes, miseri passim omnes salutem reperiunt. Ex Surio.

SS. M A V R I T I V S & SOC. MM.
21. Februarii.

Nunquam tam fortiter pro suâ urbe Romanus miles, quam pro fide Romanâ MAVRITIVS cum sociis depugnavit, Thebæ Legionis Antesignano ut nomine, ita virtute par, & cum eodem Religionis hoste Maximiano Apameæ compositus, quem prior ille Agauni in Galliâ superavit. Pugnabat tyrannus in pius agmen vinculis, flagris, uncis, equuleo, ferro ac flammis; ingerebat quidquid telorū carnificum turbæ suggerebant. Sed stabat immota ad

E B.
pla-
non
idi-
liif-
ime
pœ-
dem
tuit
estis-
aco-
lare
iam
IVS
eiam
allis
cœci
ssim
io.
MM,
urbe
de
s de-
gnata
cum
iano
ille
abat
, fla-
nis;
cum
nota
ad

22. FEB. *Vitæ Sanctorum.* 117
ad hæc omnia fortissima Martyrū phalanx : gaudebat in vinculis , ridebat ad flagra, hebetabat uncos ac ferrum, ovabat in equuleo, in flammis triumphabat etiam. Quare ad dolos configere coactus Imperator , cuniculis invictum MAVRITII animum tentare aggressus est. Addicitur proinde morti filius Photinus , & per hujus jugulum parentis cor petitur ; sed repulit affectum paternum facile Christi amor, & vicit iterum in filio parens. Locus erat mediis paludem inter & fluumen, muscis , vespis, & id genus animalculorum examinibus insessus. Hic ultimum committit Maximianus. Pendet in oculis paternis filii corpus , scopus omnium militum jaculis ac sagittis ; & quot mortuum accipit vulnera, tot vivo parenti reddit. Stat interim nudus in acie cum suis MAVRITIVS, palo alligatus, melle illitus, innumeris vesparum aculeis confossus , & tamen vel sic etiam victor triumphat in parvis bestiolis maximum tyrannum ; mortemque demum obit melle, quo manabat, dulciorē. Ex Men-

S. PETRVS DAMIANI.

22. Februarii.

D Vbites magisne primò fortuna PETRVM, an PETRVS deinde fortunam fugerit. Infans fame sitique periisset, nisi ubera , quæ mater dicam

H 3